

1709.

1. Basius, Jo. David : De phoenicibus corinque studiis et inventis.
2. Brucknerus, Guili. Hieronymus, Collegii juris Decanus : Vi genuina et aliquata ratione propositorum anjigiorum Int. ¹⁸ occasione 1.19 C. deupt. Programma, lectioni cursores Gaspard Leonardi Basilius praemissum.
3. Brucknerus, Guili. Hieronymus, Collegii juris Decanus : Programma : An Justinian Imper. 20ete usurpaverit Titulus Germanici et Allemanni, ubi simul nova servatio vocis Germanorum proponitur et redactus, lectioni in auct. Friderici Heuteri Grappii praemissum.
4. Graurius, Rudolphus Christianus, F. a. d. decanus : Propriatione in auct. : De necessariis medicis practicis requisitis (et dispensationem in auct. Burkhardi Graurius Lenbecken invitatus)

1709.

5. Crassius, B. Josephus Gutiérrez: *Fac. med. Decanatus:* 1
Præsumptiōnē ināug: De curiositate in medicina /
standarda (ad Disputationem ināug. Johannis Christi /
phori Progeliū iustat).
6. Friesen, Johannes Bernhardus: *De partis inter literas*
et parentes timbos compositis. 16
7. Friesen, Johannes Bernhardus: *De negotiis scriptorium regni*
rentibus. 17
8. Hennmannus, Christopherus Augustus: *Iam cīque sine*
de dominii origine 18
9. Fach, Jos. Lelius: *De modis probandi iuscentiam*
apud reteres
10. Schröderus, Jo. Christian: *De litis contestatione affi-*
mativa. 19
11. Schröderus, Jo. Christian: *De principiū descriptis*
- 12^a Schröderus, Ioh. Christianus: *De nonis nis proprii*
expressione. 2 Scrupp. 1709 ē 1786. 20

1709.

13. Mesoglius, Dr. Hartmann: De magnesia alba . . .

14. Mesoglius, Dr. Philippus: De necessima hereditatum .

15. Struve, Baroni filii: Prosenphicon, quod . . . Fiducio
Hulstromere . . . ad honores in jure summis gratia
latus et de diversis iuris publici personis agit.

16^a 17. Wildogelius, Christianus: De legibus conditoris . . .

2 Sept. 1738

17. Wildogelius, Christianus: De Sacra Francociae.

18. Wildogelius, Christianus, Collegii juridici decanus:
De emtore legum etque provinciae . . . Programma
in quo: (lectiorum auspicias) Cyprius Behati Beccii
praemissum.

19. Wildogelius, Christianus: De persecutione delin-
quentium . . .

20. Wildogelius, Christianus, Collegii juridici decanus:
De statuta entoris art 1.3 pr. ad 1. Falci d. Pr-
ogramma (lectiorum auspicias) Curiae Luvius Bischlingii
praemissum).

1709.

21. Wildvogelius, Christianus : De secreto patrimonii art. 2.

C. d. alim. papil. prost. Programme (lectionis
auspicati Triumvir Antonii Finkii praemissum)

22^a = 6. Wildvogelius, Christianus : De juroamento etiis
proborum confirmante. 2. exempl

23^a = 7. Wildvogelius, Christianus : De superiori lata territoriali
circumlatum Imperialiam. 2. exempl. 1709 i 1795.

24. Wildvogelius, Christianus, Collegii iuris Decanus :
De reverentia studiosum art 1. 5^o C. d. advocat. diuer.
judicior. Programme (lectionis auspicati Triumvir
Heilbronni praemissum).

25. Wildvogelius, Christianus : De fendo reuictio. 2. exempl. 1709
i 1736.

26. Wildvogelius, Christianus : De termino circumducto.

27. Wildvogelius, Christianus : De secta temporum et fini.
T. A. legit. Programme many : (lectionis auspicati Triumvir
Johannitzi praemissum)

28. Wildvogelius, Christianus, Coll. iur. Decanus : De reverentia
reuictio. Programme (lectionis ausp. Proch. Ernesti Waltheri praemissum)

E.21. num. 7.

GUIL. HIERONYMUS BRUCKNERUS, JCTUS,

CONSILIARIUS SAXONICUS, PANDECTARUM PROF. PUBL.
CURIAE PROVINCIALIS, FACULTATIS JURIDICÆ
ET SCABINATUS ASSESSOR,
COLLEGII JVRIDICI H. T. DECANUS,

DE GENUINA ET ADÆ QVATA RATIONE PROHIBITORUM CONIU- GIORUM LEVIT. XIX.

Occasione L. XIX. C. de Nupt.

Quam.
NOBILISSIMUS ET CLARISSIMUS JURIUM
CANDIDATUS

DN. M. GOTTFRIED LEONHARD
BAUDISIUS,

ADVOCATUS JURATUS LIPSIENSIS, ET COLLEGII, QVOD IBI-
DEM EST, BEATÆ VIRGINIS COLLEGIATUS

LECTIONE CURSORIA

D. XVIII. Nov. DCC IX.
selegit explicandam,



PROGRAMMATE HOC INAUGURALI TRACTAT.

J E N Æ , Literis JOH. ADOLP. MULLERI.

GVL. HIERONYMVS
BRUNCKNERVS.

CORNELIVS SAXONICVS. VINCENCVS LVRIDIC
OMNIS SORORIATVS. VACUATVS. VACUUS
ET SCVAMATVS. VACUOR.
COTTERI. TURPI. H. ET PEGAVUS

GENNIA ET ADE
OATA RATIONE
PONIBRITERIUM. GOUA
GORDI TRINIT. XIX
GODFREDVS. A. LXV C. K. M.

MOSULIENSIS ET CASSIRIENSIS. ARABIA

CAUDIFATVS

DN. M. GOTTHILF LUDWIG
PAULIUS

ADOCATVS. JURATVS. THYMVS. ET DOCUMENTVS. OVO. SP.

DEB. ESI. BEAT. ARGON. D. O. T. G. W.

LEGIONE. CHRISTI. ET. T. M. V. T. M. V.

D. T. M. V. T. M. V. T. M. V.

EGYPTI. ALEXANDRIENSIS.

MOGHAMMATE. HOC. MAMOURAH. MAMOUT.

J. A. N. E. T. M. V. T. M. V. T. M. V.



inter varias controversias, quæ circa
prohibitiones conjugiorum Levit.
cap. 18. a Doctoribus moventur,
duæ potissimum sunt memorables,
(ad quas veluti centra reliquæ fer-
me omnes tendunt) altera, utrum
illæ solos Judæos, an omnes pro-
missus homines, etiam Christianos
hodie, obstringant, altera, utrum
conjugia quoad personas tantum ibi nominatas, an simul
quoad alias ia paribus gradibus prohibeantur. Licet eru-
diti, ultra vulgus sapere contendentes, in his casibus ple-
runque ament seorsim, mihi tamen re satis diu diligenter-
que expensa, communes & vulgares sententiae videntur ut
verisimiliter ita accuratisimæ, scilicet leges illas obligare
Christianos haud secus ac Judæos, & ex mente divina pro-
hibitiones ad personas parium graduum simul spectare.
Ad probandas solidius has communes sententias opus erit
destruere aliam communiter receptam opinionem, quod
prohibitiones illæ Levit. 18. extantes e jure naturali, omnes
homines obligante, & ne a Deo quidem mutabili, origi-
nem ducant. Valde pia & probabilis videtur talis opinio;
sed experientia testatur, ariensis aliorum dejecto hoc fun-
damento, cui obligationem modernam prohibitionem
Mosaicarum unice superstruunt quidam Doctores, parum
abesse, quin pestilentissima invehtatur sententia, quasi pro-
hibitiones illæ Judæos saltim obstrinxerint, & nobis Chri-

A 2

stianis

stianis idem licet, quod in statu naturali, demta lege di-
 vina, hominibus est permisum. Huic ut occurratur effi-
 cacious, ostendam ipse firmis, ceu spero, argumentis, pro-
 hibitiones Levit. 18. non esse omnes juris naturalis, nihil
 minus tamen Christianos nos omnibus illis validissime
 teneri. Non confundi debere præcepta naturalia cum illis,
 quæ tantum sunt suasionis naturalis, jam dudum monue-
 runt accutiores, cum præcepta naturalia importent ne-
 cessitatem, ea vero, quæ solum sunt consilio seu suasionis
 naturalis, libertatem contradictionis & contrarietatis (uti lo-
 quuntur Scholastici) relinquant. Sub præceptis naturali-
 bus contineamus etiam prohibitiones, & sub suasionibus
 dissuasiones naturales, quoniam prohibens præcipit, ut
 quid non fiat, & dissuadens suadet, ut quid omittatur.
 Pro sententia, quæ prohibitiones omnes Levit. 18. pro præ-
 ceptis juris naturalis venditat, urgentur sequentes ratio-
 nes (1.) Deus d. l. v. 24. 26. 27. omnes illos casus prohibitos
 vocat impuritates & abominationes, ob quas expellere ve-
 lit gentiles Canaanos. Atqui gentiles illi non habuerunt
 aliud ius, quam naturale. Nec valet responsio, quod in-
 citatis versibus vocabulum: omnis, collective seu coniunctim
 sumatur, (sicuti dicimus: omnes planetæ sunt septem;) nam
 reclamat contextus p. 24. *Ne polluamini in OMNIBUS*
ILLIS, quia in OMNIBUS HIS polluerunt se gentes &c. Deus,
 qui præcipit, ut omnibus & singulis his peccatis non se
 polluant probi homines, confessum declarat, quod omni-
 bus & singulis his contaminaverint se gentiles (2.) in fin-
 gulis casibus adferunt naturales prohibitionis rationes (3.)
 bonæ mentes, aversantur talia conjugia, unde moratores
 gentiles non tantum abstinuerunt ab illis, sed & Legibus
 interdixerunt, ceu patet e Jure Romano (4.) Si tollimus
 præceptum naturale, Lex Mosaica de vitandis illis conju-
 gis nos Christianos non amplius obligabit, siquidem a ju-
 go ejus dicimus liberati. Sed his non obstantibus existima-
 mus,

mus, prohibiciones conjugiorum Levit. 18. extantes non esse
 omnes contra Jus Naturale, quoniam (1.) Deus præcipiendo,
 ut genus humanum multiplicaretur, voluit, ut Cain ejus-
 que fratres & sorores matrimonio jungentur, quod nur-
 quam justiset, si hoc juri naturali repugnaret; novi quid
 regerant aliqui, sed jam ab aliis est responsum, nec fert
 occasio, ut illis refutandis immorer, (2.) nulla demonstra-
 tiva ratio (probabilia enim argumenta nec falsis causis de-
 sunt, & naturaliter dissuaderi conjugia Levit. 18. vetita, non
 negaverim) adduci poterit, qua probetur, omnes & singu-
 los conjugiorum casus Levit. 18. expressos, præsertim in
 affinitate, tot præcisè nec plures nec pauciores, esse con-
 tra Jus Naturale, quod ne a Deo quidem mutari queat.
 Experimentum feci aliquando, ut non dialecticis sed apo-
 dicticis rationibus probarem, conjugia parentum & libe-
 rorum repugnare Juri Naturæ immutabili, præsertim contra
 illos, qui hoc mordicus negarunt, & provocarunt ad exem-
 plum Adami, qui Eam e carne & ossibus suis formatam Deo
 sic volente in uxorem duxit, deprehendi profecto, quan-
 tum mihi sudorem conatus ille expresserit, (3.) Deus Le-
 vit. 18. v. 16. prohibuit, revelare pudenda fratriæ; si hoc
 foret contra jus naturale, alio loco Deut. 25. v. 5. non præ-
 cepisset, ut frater fratri sine prole defuncti uxorem duce-
 ret. Quid ad argumenta in contrarium adducta sit re-
 spondendum, infra videbimus. Igitur consultum non pu-
 tarem, tam arenoso solo inadficare structuram adeo pre-
 ciosam, & bonam causam male defendendo perdere; ha-
 bemus enim fundamentum longe firmius & præstantius.
 Scilicet mea sententia eo redit: Prohibitiones conjugiorum
 Levit. 18. expressas nisi quidem suactionibus (dissuasioni-
 bus) naturalibus, sed venire e libera Dei voluntate, pro
 ratione circumstantiarum mutabili; quoniam autem San-
 ctissimus & sapientissimus Legislator novit, nisi personis
 consanguinitatis aut affinitatis vinculo proxime junctis se-

vere interdicantur matrimonia, e conversatione frequenti,
 inter personas illas intercedente, ob spem matrimonii &
 blanditias inde nascentes prono quasi alveo sequi scortationes,
 adulteria, & infinita alia mala, ad evitanda hæc p̄cipere
 voluit occasionem, spem nimium matrimonii illis
 profrus adimendo. Ut dictis lucem fenerer majorem, se-
 quantes subjiciam propositiones, haud temere a pruden-
 toribus negatas (1.) Matrimonium rem esse maximi mo-
 menti, a qua non solum privatorum æterna & temporalis
 salus sepe penderet, sed etiam, unde Reip: plurima commo-
 da resultant (2.) Matrimonio ejusque utilitatibus valde
 adversantur scortationes, adulteria, & vagæ libidines, ad
 quas vitandas (3.) non sufficit penas statuere, nisi occasio
 eo ducens quoque præscindatur (4.) nihil magis inter per-
 sonas conjunctas suppeditit occasionem patrandi vagas li-
 bidines, quam spes matrimonii. Experientia enim testa-
 tur, proxime conjunctas personas cum inter se, tum in do-
 mibus parentum toties convenire imo cohabitare; ubi au-
 tem spem habent matrimonii, ex ea nascetur nimia fami-
 liaritas, e familiaritate sequentur blanditiae & prensatio-
 nes, ex his orientur voluptates & illiciti contactus, & de-
 nro ex iis immundi congressus provenient. Si hostis
 generis humani Diabolus hoc obtinuit, & miseros la-
 queis suis ita tenet constrictos, in graviora illos p̄cipitat
 facinora, ut libidinosi semen profundant, abortus pro-
 curant, vita aliorum insidentur, & nulla non committant
 scelerâ, quibus (5.) efficacissime obex ponitur, quando per-
 sonis proxime conjunctis sub comminatione iræ divinæ, &
 penarum temporalium interdicitur conjugium (6.) sicuti
 maritus & uxor simul habitant & conjunctissime vivunt,
 ita non minus facile contingit, ut consanguinea mariti per-
 sonæ apud maritum vel ejus parentes convenient, quam
 facile accidere solet, ut consanguinea uxoris personæ apud
 uxorem ejusque parentes congregentur, & maritus atque
 uxor

uxor cum utrisque familiariter convergentur, & e nimia
ista familiaritate, si spem habent matrimonii, metuendum
sit, ne maritus vel uxor non minus celeriter a proximis af-
finibus quam consanguineis seducatur & corruptatur (7.)
Inde recta rationi convenientissimum est, ut, si occasionem
illam plenius auferre volumus, spem conjugii conjunctis
personis in tot gradibus affinitatis quot consanguinitatis
demamus. Ex his sua sponte fluit, Deum habuisse iustis-
fimas causas, cur matrimonia Levit. 18. interdixerit proximi-
mis affinibus pariter atque consanguineis, & illas prohibi-
tiones earumque causas non minus quadrare Christianis
quam Judais, & ab utrisque religiosissime observari debe-
re; eum etiam, qui vult tollere inter Christianos obligatio-
nem harum legum divinam, portam aperire tot impurita-
tibus & abominationibus, quas haec tenus recensuimus, &
divinum Numen execratur. Patet deinde, quare Deus Le-
vit. 18. tam emphaticis utatur verbis v. 2. *Ego JEHOVAH*
(Rex Regum, & Dominus Dominantium, si reveremini Re-
ges terrae, multo majori cultu prosequemini me Numen
coeleste, non corpus solum sed & animam perdere valens
eternum in Gehenna) Deus noster, secundum opus terre Aegypti,
quam inhabitatis, non facieris, secundum opus terre Canaan, in
quam vos perducam, non facieris, & in pravis moribus eorum non
ambuletis. v. 4. *Judicia mea coletis, & statuta mea servabitis, ac
ambuletis in illis, Ego JEHOVA Deus noster, v. 5.* Et custodieris
*Statuta mea & judicia mea, quisquis observabit ea, vitam in illis
inveniet; roties etiam specialibus prohibitionibus addit:* *Ego
JEHOVA,* tandem casibus recensitis hanc clausulam nota-
tu dignissimam subiungit. v. 24. *Ne polluanini omnibus illis*
(delictis) *quia omnibus hijs polluerunt se gentes, quas ego jam*
*exterminabo in conspectu vestro v. 25. Polluit enim se (tota) na-
tio, & jam iniquitatem ejus castigabo, & (propterea) terra*
*evomit incolas ejus v. 26. Vos autem custodietis statuta mea & Ju-
dicia mea, & non facietis omnes eas abominationes, indigena pa-*

riter

riter & peregrinus versans in medio vestri v. 27. Quia omnes iste
 abominationes fecerunt incole Terræ, quos videtis, & polluit se Ter-
 ra v. 8. Ne vos eriam evonat Terra, dum eam contaminatis haud
 fecis quam populum inhabitantem evomuit, v. 29. quia omnis, qui
 fecerit abominationes istas, (exterminabitur,) & anima facien-
 tes istas, exsidentur e medio populi sui v. 30. Custodietis igitur
 mea statuta, & non facietis tales abominationes, que factæ sunt
 in conspectu vestro, neque vos pollueris ejuscmodi: Ego JEHOVA
 Deus vester. Nescio, an occurrat aliis locus in tota lege
 divina, ubi Deus seriam intentionem tot reperitis vicibus,
 & tanta severitate inculcaverit, quibus satis superque in-
 nittur, rem huc proponi maximi momenti, quæ sanctum
 omnibus incutiat horrem, præfertim cum jubeantur in-
 digena pariter ac peregrinus eam studiosissime observare,
 & Deus certo denuntiet, quod gentiles istis facinoribus se
 contaminaverint, meriti propterea trifissimam expulsionem
 & totalem everctionem. Imo, ut enixa voluntatem ad-
 huc magis declarat, Levit. 20. plerosque casus haec tenus re-
 censitos repetit, additis gravissimis detestationibus, commi-
 nationibus & penit. iusta indignatione quoque & animad-
 versione erga gentiles, talium facinorum autores, denuo
 expressa. Eant ergo Christiani & rubore suffundantur con-
 tententes, ad Judæos solum spectare istas prohibitiones, nec
 Christianos hodie obstringere. Paulus certe in N. T.
 1. Cor. 5. non adeo detestatus fuisse conjugium privigni
 cum Novera, nisi Lex per Mosen lata Levit. 18. v. 8. &
 cap. 20. v. 11. id gravissime inhibuisset, & ista Christianos
 ad ejus observantiam obligaret. Moratores quoque gen-
 tiles experientia edocti, quot impuri congressus & quam
 frequentes vagæ libidines sequerentur, si matrimonia pro-
 ximis consanguineis & affinibus forent permitta, (ob ratio-
 nes supra fusius deductas) talia matrimonia non solum
 omiserunt, sed & graviter legibus interdixerunt. Si quis
 autem mihi objiciat, his dictis cædi propria mea vineta,
 dum

86(0)86

dum ex iis colligi posse, ipsam naturam hominis & rectam rationem sibi relictam detestari talia conjugia, cui tamen sententia in superioribus contradixi, tunc Resp. Hæc conjugia (exemptis illis parentum & liberorum) in se non repugnant Juri Naturæ, quasi non potuerint Homines in Statu integritatis ea Deo volente inire, sed solum sunt prohibita Jure divino positivo propter occasionem, quam in Statu Iapsus ob hominum incontinentiam infinitis pravis libidinibus & congressibus præber eorum permisio. Jam satisfieri quoque potest dubiis supra prolatis, & quidem (1.) Levit. 18. agitur in genere de commixtionibus proximarum personarum, non spectando, sive contingent in coniugio sive extra illud; Deus igitur Levit. 18. v 24. 26. 27. significat, (quia gentes Canaan occasionem illicitis congressibus se pollueri non sustulerunt, ut legibus penalibus ademerint proximis spem matrimonii) factum esse, ut vagas libidines (etiam extra coniugium) exercent parentes cum liberis, fratres cum sororibus, & alii proximi consanguinei & affines inter se invicem, quasi non homines essent castitatis amantes, sed bestiæ, libidinibus promiscue frenæ laxantes. Meruit certe Venus hæc impudica sede sua extrudi & expelli; inde tamen non recte infertur, quod conjugia omnia Levit. 18. prohibita in se repugnant Juri Naturali (2.) si excipimus conjugia parentum & liberorum, rationes illæ solum suadent, abstinentiam esse a talibus conjugiis, sed non probant, hæc esse per se contra Jus Naturale, quod ne a Deo quidem mutari posse (3.) probi recte vitant non tantum peccata, sed etiam occasionem peccandi; hæc autem in se & materialiter spectata non semper est mala & repugnans Juri Naturali (4.) Negatur, quod nulla Lex a DEO per Moysen lata, quæ non est Jus Naturale, hodie obliget Christianos. Ceterum consentiet jam, ut spero, mecum

B

qui.

quilibet, præconcepta opinione non laboras, rationem
genuinam & adæquatam matrimoniorum Levit. 18. prohibi-
torum esse, quod non quidem omnia in se repugnant,
Juri Naturali, si tamen permittantur, occasionem dent in-
finitis malis, & vagis libidinibus, quam amputandam du-
xit sapientissimus legislator. Hanc rationem quoque in-
dicare volui Levit. 20. v. 6. dum specialibus conjugiorum
prohibitionibus premisit hanc regulam: *Nullus accedat ad*
proximam (personam) carnis sue, & in sequentibus expo-
suit, quod proximitas carnis sit vel propria vel conjugis
(seu conjugalis, illa communiter vocatur consanguinitas,
hæc affinitas.) Nam in prohibitis specialibus consanguini-
tatis conjugiis v. 12. & 13. ratio redditur, *quia caro patris tui*
est, *quia caro matris tue est*; eadem ratio in certis affinitatis
conjugiis vetitis repetitur: *caro illa* (i. e. illa persona sunt
caro tua conjugalis carnis,) & Deus prohibitiones in affi-
nitate non minus quam in consanguinitate ad personas ter-
tii gradus extendit; rationem autem divinæ rationis, que
in proximitate consanguinitatis aut affinitatis collocatur, in
superioribus satis illustravimus; qui meliorem & solidio-
rem monstrare poterit, ei gratias referemus maximas, tan-
dem abest, ut præfacte adversari velimus. Non jam fert
præfens institutum, ut alteram questionem: utrum conju-
gia quoad personas tantum Levit. 18. nominatas, an simul
quoad alias in paribus gradibus prohibeantur? exequamur,
potius alii occasione expediendam reservamus, & jam gra-
tiam divinam in tribus maxime veneramur, quod (i.) tam
perspicue nobis sanctissimam voluntatem circa prohibita
conjugia Levit. 18. & 20. revelaverit, sine qua si foret, ni-
hil non licitum esse audaces quidam defenderent, cum
nunc in tam clara luce cæxiture quam videre malint (z.) li-
cet multi extiterint temeratores, & omnes ingenii nervos

in-

intenderint, religio tamen & observantia legis divinæ apud nos salva permanerit (3.) cum affectus matrimonii sit vehementissimus, rationem habuerit imbecillitatis humanæ, & interdictum conjugiorum non extenderit ad gradus adeo multos. Sic de jure divino licitum est conjugium consobrinorum, (quando fratrum aut sororum liberi invicem junguntur,) & conscientiis non satis consulunt qui, postquam obtenta est ab Imperantibus dispensatio, conjugium id lege tantum humana prohibitum permittens, inanes nescio quos scrupulos movent, falso prætexentes, semper illud exitiisse inauspicatum, optatoque caruisse eventu. Hanc materiam occasione L. XIX. C. de. Nupt. in quâ de consobrinorum conjugio tractatur, pluribus exponet Nobilissimus & Clarissimus Jurium Candidatus

M. GOTTFRIED LEON- HARD BAUDISIUS,

cujus Natales & Fata pro more recepto trademus. Primam adspexit lucem d. VI. Jul. M DC LXXXIII. in celeberrima Silestrorum Urbe *Lignitio*, capite Ducatus cognominis, & seconde quondam Principum Piaſteꝝ Stirpis, nunc egregia Academia, in gloriam AUGUSTISSIMI sui Conditoris JOSEPHINA dicta. Noſter e nobili *Baudisiorum* familia ortus Parentem habuit *Andream Baudisum*, Aedis DD. Petro & Paulo sacra Pastorem optimum. & Scholarum Praefidem venerandum, Matrem autem Matronam religiosam *Annam Ursulam Thiloniam*, inter cœlites nunc triumphum agentes. Puer in Schola Patria Christianæ Doctrinæ, utriusque etiam

Linguæ Græcæ & Latinae, Historiæ pariter, Dialetices & Rhetorices fundamentis innutritus, &, ubi annum ætatis XVI. attigisset, *Vratislaviam* translatus in Elisabethano Gymnasio sub Viris Clariss. Martino Hanckio, & Elia Majore, jam pie defunctis, Gottlobio Kramzio, eleganiores, quas vocant, literas una cum Philosophicis excoluit, auditor etiam privatarum Lectionum, quas in omni genere tam Græcæ quam Latinae Literaturæ habebat doctissimas, Christiani Gryphii, in Theologicis autem Venerandi Viri Casparis Neumannii. Dehinc ex Consilio Parentis Optimi Nundinis Vernalibus M DCCL. Halam Saxonum profectus Perillustrem STRYCKIUM Institutionum Justinianearum Libros, Jurisprudentiam Struvianam, Compendium Latinterbachianum, cognitionem itidem Legum Mosiacarum & Romanarum, ut & Josephinæ Capitulationis Instrumentum explicantem; Perillustrem THOMASIUM, doctrinam de Decoro Historiæ, pariter Juris potiora capita & Feudalia illustrantem, & Summe Reverendum Nostrum BUDDEUM, tunc Halis Philosophiz fundamenta tradentem, audivit Doctores. Placuit biennio ibidem exacto Lipsiam concedere, quo in emporio & Musarum sede adiutus est incredibili benevolentia & plusquam paterno affectu Optimi Patri LEONHARDI BAUDISII, Primarii Senatoris & Prætoris, cuius obitum nuperimum eo acerbius deplorat, quo pluribus beneficiis fuit cumulatus, & absens in nostra Salana tristissimum nuntium accepit. Ceterum in Lipsiensi Academia egregios studiorum fecit profectus sub Magnifice LUDERO MENCKENIO, Facultatis Juridicae Ordinario Venerando, qui universi Juris Privati, quatenus id Civili, Feudali & Canonico absolvitur, accuratus tradidit Oeconomiam, non minus sub celeberrimo FRANCENSTEINIO, Jcto & Scabinatus Assessore spendidissimo,

fimo,

fimo, qui Jus Publicum & genuina Historia Monumen-
ta nervosius evolvit, & sub JOHANNE CHRISTO-
PHORO SCHACHERO, Antecelsore famigeratissimo,
qui Processum Judicarium plenius exhibuit. Cupido
deinde animum incessit factis applicare, quæ auscultando
alii & meditatione propria comparaverat; factum hinc
est, ut M DCCV. examine previo Facultatis Iuridi-
æ Lipsiensis testimonio munitus, & ex Rescripto PO-
TENTISSIMI REGIS jurejurando obstrictus, Patrono-
rum Forestium numero adscriberetur; Anno sequenti
Magistri Honoribus decoratus, habitaque sub ejus Pra-
sidio dissertatio publica de Titulis Viri Magnifici, Illustris,
Spectabilis & Clarissimi olim Aulicis, nunc etiam Scholasticis,
singularem suam eruditionem adeo probauit, ut inter-
Membra Collegii B. M. Virginis, quod ibidem est, in
locum defuncti B. D. MÖRLINI recuperetur. Po-
stea docentis partes suscepit, dum aliis Philosophiæ
præcepta exponeret; causas quoque in foro non sine
succesu & applausu peregit, ut jam majoribus dignus
censeretur honoribus. Decenter nostram rogavit Fa-
cultatem, ut ad consueta Candidatorum Juris Exam-
ina ipsum admitteremus; cui desiderio annuentes, e do-
ctissima textuum resolutione & prompta ad dubia pro-
posita responsione haud vulgarem deprehendimus Ju-
ris & bonarum literarum notitiam; huic accedit gra-
tissima morum suavitas, & singularis prorsus animi mo-
destia, ut non vane auguremur, Lipsiam eximium
illud Decus, quod in Baudisio suo his diebus amisit,
in Nostro largiter recuperaturam. Communibus igitur
suffragiis censuimus, ipsum ad edenda specimina Inau-
guralia publica, & propediem capessendos Summos in
Jure Honores admitti debere. In crastinum ad L. 19. C.

65 (o) 55

de Nupt. habebit Lectionem Cursoriā, quam præsentia sua ut Magnificus Academiz Pro-Rector, Illustrissimi Comites, Proceres Academiz Venerandi, Doctores, Adjuncti, Magistri aliisque Hospites exoptatissimi, præsttim vero Generosi & Nobilissimi omnium Facultatum.

Studioſi condecorare dignentur, officioſe & decenter

Facultatis noſtræ nomine rogantur. P. P. Jenæ

d. XVII. Nov. MDCCIX.

L. S.

ULB Halle
003 331 911

3



Sb.

✓ 278

Farbkarte #13



B.I.G.

E.21. num. 7.

2
1709,2

GUIL. HIERONYMUS BRUCKNERUS,

JCTUS,

CONSILIARIUS SAXONICUS, PANDECTARUM PROF. PUBL.
CURIAE PROVINCIALIS, FACULTATIS JURIDICÆ
ET SCABINATUS ASSESSOR,
COLLEGII JVRIDICI H. T. DECANUS,

GENUINA ET ADÆ- QVATA RATIONE PROHIBITORUM CONIU- GIORUM LEVIT. XIX.

Occasione L. XIX. C. de Nupt.

Quam
NOBILISSIMUS ET CLARISSIMUS JURIUM
CANDIDATUS

DN. M. GOTTFRIED LEONHARD
BAUDISIUS,

ADVOCATUS JURATUS LIPSIENSIS, ET COLLEGII, QVOD IBI-
DEM EST, BEATÆ VIRGINIS COLLEGIATUS

LECTIONE CURSORIA

D. XVIII. Nov. DCC IX.
selegit explicandam,
in

PROGRAMMATE HOC INAUGURALI TRACTAT.

J E N Æ , Literis JOH. ADOLP. MULLERI.

